

omnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Wisdom 3: 4-6

Et si coram homínibus torménta passi sunt, Deus tentávit eos: tamquam aurum in fornáce probávit eos, et quasi holocáusta accépit eos.

POSTCOMMUNION

Quæsumus, Domine, salutaribus repleti mysteriis: ut, quorum solemnia celebramus, eorum orationibus adjuvemur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(Commemoration of Sts. Euphemia, Lucy, & Geminianus)

Exáudi, Dómine, preces nostras: et sanctórum Mártyrum tuórum Euphémíæ, Lúciæ et Geminiani, quorum festa sollémniter celebrámus, contínuis foveámur auxiliis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Holy Spirit, God, forever and ever.

And though in the sight of men they suffered torments, God hath tried them: as gold in the furnace He hath proved them, and as a victim of a holocaust He hath received them.

We who have been satisfied with these saving Mysteries, beseech Thee, O Lord, that we may be aided by the prayers of those whose feast we celebrate. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Harken unto our prayers, O Lord, and may we be comforted by the continual help of Thy holy martyrs, Euphemia, Lucy, and Geminianus, whose festival we solemnly celebrate. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

MASS PROPER: SEPTEMBER 16, STS. CORNELIUS & CYPRIAN, BISHOPS & MARTYRS

MASS (*Intret*) (red)

INTROIT Psalms 78: 11, 12, 10

Intret in conspéctu tuo, Dómine, gémitus compeditórum: redde vicinis nostris séptuplum in sinu eórum: víndica sánguinem Sanctórum tuórum, qui effúsus est. (Ps. 78: 1) Deus, venérunt gentes in hereditátem tuam: polluérunt templum sanctum tuum: posuérunt Ierúsalem in pomórum custódiám. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Intret in conspéctu tuo, Dómine, gémitus compeditórum: redde vicinis nostris séptuplum in sinu eórum: víndica sánguinem Sanctórum tuórum, qui effúsus est.

COLLECT

Beatórum Mártyrum paritérque Pontíficum Cornélii et Cypriáni nos, quæsumus Dómine, festa tueántur: et eórum comméndet orátio veneránda. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(Commemoration of Sts. Euphemia, Lucy, & Geminianus)

Præsta, Dómine, précibus nostris cum exsultatióne provéntum: ut sanctórum Mártyrum Euphémíæ, Lúciæ et Geminiani, quorum diem passiónis ánnua devotióne recólimus, étiam fidei constántiam subsequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Let the sighings of the prisoners come in before Thee, O Lord; render to our neighbors sevenfold in their bosom; revenge the blood of Thy Saints, which hath been shed. (Ps. 78: 1) O God, the heathens are come into Thine inheritance; they have defiled Thy holy temple: they have made Jerusalem as a place to keep fruit. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Let the sighings of the prisoners come in before Thee, O Lord; render to our neighbors sevenfold in their bosom; revenge the blood of Thy Saints, which hath been shed.

May the feast of the blessed Martyrs and Bishops Cornelius and Cyprian, defend us, we beseech Thee, O Lord, and may their venerable prayer commend us unto Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Grant unto our prayers, O Lord, both joy and profit, that, as we each, year commemorate with devotion the day of the suffering of the holy martyrs Euphemia, Lucy, and Geminianus, we may also follow them in the constancy of their faith. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

LESSON Wisdom 3: 1-8

Justórum ánimæ in manu Dei sunt, et non tanget illos torméntum mortis. Visi sunt óculis insipiéntium mori: et æstimáta est afflíctio exitus illórum: et quod a nobis est iter extermínium: illi autem sunt in pace. Et si coram homínibus torménta passi sunt, spes illórum immortalitáte plena est. In paucis vexáti, in multis bene disponéntur: quóniam Deus tentávit eos, et invénit illos dignos se. Tamquam aurum in fornáce probávit illos, et quasi holocáusti hóstiam accépit illos, et in témpore erit respéctus illórum. Fulgébunt justi, et tamquam scintillæ in arundinéto discúrrunt. Judicábunt natiónes, et dominabúntur pópulis, et regnábit Dóminus illórum in perpétuum.

GRADUAL Exodus 15: 11, 6

Gloriósus Deus in Sanctis suis: mirábilis in maiestáte, fáciens prodígia. Déxtera tua, Dómine, gloriificáta est in virtúte: déxtera manus tua confrégit inimícos.

**LESSER ALLELUIA
Ecclesiasticus 44: 14**

Allelúja, allelúja. Córpora Sanctórum in pace sepúlta sunt, et nómina eórum vivent in generatióne et generatióne. Allelúja.

GOSPEL Luke 21: 9-19

In illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Cum audieritis prælia et seditiões, nolíte terréri: opórtet primum hæc fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicébat illis: Surget gens contra gentem, et regnum advérsus regnum. Et terræmótus magni erunt per loca, et pestiléntiæ, et fames, terrorésque de cælo, et signa magna erunt. Sed ante hæc ómnia iniíciant

The souls of the just are in the hand of God, and the torment of death shall not touch them. In the sight of the unwise they seemed to die: and their departure was taken for misery: and their going away from us, for utter destruction: but they are in peace. And though in the sight of men they suffered torments, their hope is full of immortality. Afflicted in few things, in many they shall be well rewarded: because God hath tried them, and found them worthy of Himself. As gold in the furnace He hath proved them, and as a victim of a holocaust He hath received them, and in time there shall be respect had to them. The just shall shine, and shall run to and fro like sparks among the reeds. They shall judge nations, and rule over people, and their Lord shall reign for ever.

Glorious is God in His Saints, marvelous in majesty, doing wonders. Thy right hand, O Lord, is magnified in strength: Thy right hand hath slain the enemy.

Alleluia, alleluia. The bodies of the Saints are buried in peace, and their name liveth unto generation and generation. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples: When you shall hear of wars and seditions, be not terrified: these things must first come to pass; but the end is not yet presently. Then he said to them: Nation shall rise against nation, and kingdom against kingdom. And there shall be great earthquakes in divers places, and pestilences, and famines, and terrors from heaven; and

vobis manus suas, et persequéntur tradéntes in synagógas et custódias, trahéntes ad reges et præsides propter nomen meum: contínget autem vobis in testimónium. Pónite ergo in córdibus vestris non præmeditári, quemádmódum respondeátis. Ego enim dabo vobis os et sapiéntiam, cui non potérunt resistere et contradícere omnes adversárii vestri. Tradémini autem a paréntibus, et frátribus, et cognátis, et amícis, et morte afficiént ex vobis: et éritis ódio ómnibus propter nomen meum: et capíllus de cápíte vestro non períbit. In patiéntia vestra possidébitis ánimas vestras.

OFFERTORY Psalms 67: 36

Mirábilis Deus in Sanctis suis: Deus Israël, ipse dabit virtútem et fortitúdinem plebi suæ: benedíctus Deus, allelúja.

SECRET

Adésto, Dómine, supplicatióne nostris, quas in Sanctórum tuórum commemoratióne deférimus: ut, qui nostræ justítiæ fidúciám non habémus, eórum, qui tibi placuérunt, méritis adjuvémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(Commemoration of Sts. Euphemia, Lucy, & Geminianus)

Vota pópuli tui, quæsumus, Dómine, propítius inténde: et, quorum nos tríbuis solémnia celebráre, fac gaudére suffrágiis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per

there shall be great signs. But before all these things, they will lay their hands upon you, and persecute you, delivering you up to the synagogues and into prisons, dragging you before kings and governors, for my name's sake. And it shall happen unto you for a testimony. Lay it up therefore into your hearts, not to meditate before how you shall answer: For I will give you a mouth and wisdom, which all your adversaries shall not be able to resist and gainsay. And you shall be betrayed by your parents and brethren, and kinsmen and friends; and some of you they will put to death. And you shall be hated by all men for my name's sake. But a hair of your head shall not perish. In your patience you shall possess your souls.

God is wonderful in His Saints: the God of Israel is He who will give power and strength to His people: blessed be God, alleluia.

Be nigh, O Lord, unto our prayers which we offer in memory of Thy Saints, that we who put not our trust in our own righteousness, may be helped by the merits of those who were well-pleasing to Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Graciously look upon the desires of Thy people, O Lord, and cause us to rejoice in the interceding prayers of those whose festival Thou dost permit us to celebrate. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the